

Jacob Lembke


**Jacobus Lembke D. & Amplissimae Facultatis Iuridicae ad hunc Actum Decanus ... Ad Disputationem Inauguralem ... Christophori Grönings/ Wism. De Sumtibus Itineris oder Reise-Kosten/ Pro Licentia ... Ad Diem Ianuarii, In Auditorio Maiori ... habendam ... Cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1691


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742719529>


Druck Freier  Zugang





*K. l. - 197 (28.)*  
*Phil - 197 (28.)*





JACOBUS Lembke

D. & Amplissimæ Facultatis Juridicæ ad hunc Actum DECANUS,

Suo & totius Collegii Nomine,

DISPUTATIONEM INAUGURALEM,  
*CLARISSIMI ac PRÆNOBILIS*

DN: CHRISTOPHORI

Brönings / Wism.

DE

SUMTIBUS ITINERIS,

Reise = Kosten /

PRO LICENTIA,

Summos in Utroq; Jure Honores ac Privilegia consequendi,

AD DIEM ~~V~~ FEBRUARII,

IN AUDITORIO MAJORI, horis ante- & pomeridianis,

DEO auspice, habendam,

MAGNIFIC. DN. RECTOREM,

Utriusq; Reipubl. Nobiliss. ac Amplissimum SENATUM,

reliq; omnes omnium Ordinum, honorum & dignitatum Cives

Academicos, omnesq; adeo Literatos, Literarumq; Fautores, ea,

qua par est observantia ac studio, invitat.

Rostochl, Literis JOH: WEPPLINGII, UNIV. TPOGR. A. 1691.



J. J.



Umtuum sive Impensarum materiam non minus amplam, & in omni penè Corpore juris effusam, quam difficilem ac intricatam esse, nemo facile inficiabitur. Ad tres tamen classes illa commodè referri posse videtur, si dicamus: omnes impensas

fieri vel propter litem, vel propter fructus, vel propter rei aliquamdiu duraturam utilitatem.

IMPENSÆ PROPTER LITEM, in specie expensæ dictæ, tot. tit. C. d. fruct. & litium expens. l. 13. §. 6. C. d. judic. Ummius in Disputac. ad Process. 22. n. 15. regulariter in judiciis à victo victori sunt refundendæ, d. l. 13. §. 6. C. d. judic. l. ult. C. quand. provoc. non est necess. Carpzov. in Process. tit. 24. art. 1. n. 1. eiqve à Judice adjudicandæ, etiamsi specialiter petita non fuerint, Mynsing. cent. 4. Obs. 55. Brunnem. in Proc. civ. cap. 27. n. 68. quod quoque intantum procedit, ut si plura & distincta capita in iudicium deducta sint, & in quibusdam

dam saltem sit victus, pro rata tamen victoriæ obtentæ ad refusionem expensarum condemnetur. *Boër, Decis. 74. Carpzov. d. art. 1. n. 20.* Verùm hæc tunc demum obtinent, quando victus temerè ac malitiôsè ad litigandum processit, aliàs verò si is justam causam litigandi habuerit, expensæ hæ compensantur, *l. 78. §. 2. ff. de legat. 2. l. 79. ff. de judic. Gaill. libr. 1. Obs. 151. n. 23. Mevius part. 4. Decis. 231.* quales causæ reputantur: si ex jure jurando adversarii quis condemnatus, vel in possessione rei repertus fuerit, vel in prima instantia victoriam reportaverit, vel Consilium aut Opinionem Collegii Jctorum, vel saltem celebris alicujus Doctoris pro suis partibus adduxerit, aliæve similes, quæ prudentis judicis arbitrio dijudicandæ reliquuntur. *Vid. Carpzov. d. art. 1. n. 54. & mult. seqq. Umm. dict. Disputat. 22. tb. 8. Menoch. de arbitr. judic. qvæst. cent. 2. cas. 177.* Deficiente vero justa litigandi causa, non tamen victus ad omnes expensas, sed saltem necessarias, & quæ juxta judiciorum morem solitum & consuetum factæ, ac sine quibus causa expediri non potuit, tenetur *l. 13. §. 6. C. d. judic. l. 5. C. d. fruct. & lit. expens. c. 5. X. d. dolo & contum. Umm. d. Disp. 22. n. 17. & 18. Berlich. part. 1. Conclus. 78. n. 2. & seqq. Gaill. d. Obs. 151. n. 1. & seqq. nec aliter, nisi prius eas liquidas victor fecerit, ad minimum demonstrativa præsumptione, Carpzov. in Proc. tit. 24. art. 3. n. 2. & seqq. ac judex, auditâ prius altera parte summatim, brevi terminô ad proferenda necessaria præfinitô, Mevius part. 2. Decis. 359. accedente aliquando juramento victi, illas moderatus fuerit, quia de re latissime agunt Carpz. d. art. 3. Umm. disp. dict. 22. tb. 10. Gaill. d. Obs. 151. n. 11. & seq. Mev.*

*Mov. part. 5. Decis. 205.* quæ tamen moderatio saltem ad expensas extrajudiciales spectat, judiciales etenim ad teruncium usq; restituendæ sunt, quod non tantum in foro Saxonico, sed & passim alibi observari tradunt *Carpz. part. 1. Consilii. 31. def. 8. Brunnem. in Proc. d. Et. cap. 27. n. 79.*

*IMPENSÆ FRUCTUUM*, nempe quæ directò ad fructus colligendos vel conservandos fiunt, ubi factæ sunt ab eo, qui fructus retinet, aut lucratur, non repetuntur, sed cum ipsis fructibus compensantur. Hinc nec maritus, nec conductor, nec usufructurarius, nec emphyteuta aliique similes, quod in arando serendoque agro, vel in colligendis quærendisque fructibus impensum est, petere possunt. *l. 7. §. ult. ff. soluto matrim. quem adm. dos. l. 3. §. 1. ff. d. impens. in rem dot. fact. Habn. in Observat. ad Wesenbec. tit. de impens. in rem dot. n. 1. Brunnem. in. l. pen. d. tit. nec conqueri de eo debent, cum non tam has impensas fecisse, quam minus fructuum percepisse censeantur. l. pen. §. ult. ff. d. impens. in rem dot. Donellus lib. 14. comment. cap. 8. Cæterum hæc vera sunt, si integros anni fructus consequantur, si autem illi dividendi, pro rata impensas merito deducere possunt. d. l. 7. pr. & §. ult. ff. solut. matrim. l. pen. §. ult. ff. d. impens. in rem dot. Rosenthal, d. feud. cap. 10. conclus. 43. n. 60. Vaudus lib. 2. quest. 22. Ubi vero impensæ fructuum factæ sunt ab eo possessore, qui fructus restituere tenetur, impensæ etiam semper repetuntur. l. 51. pr. ff. famil. erciscund. l. 10. §. 9. ff. mand. Idque sive quis bonæ sive malæ fidei possessor sit. l. 36. §. fin. ff. d. petit. hered. Menoch. libr. 2. arbitr. quest. cas. 258. n. 22. Roman. sing. 336. Franzk. Ex. 4. quest. 6. uti enim lucrum non intelligitur, nisi prius*

4  
prius deducto omni damno, l. 30. ff. pro. soc. ita nec fructus, nisi deductis prius expensis, d. l. 36. S. f. ff. d. petit. hered. l. 46. ff. d. usur. l. 1. C. d. fruct. & lit. expens. Franzk, in Comment. ff. ad tit. de Rei. vind. n. 89. Donell. libr. 2. cap. 20. Exceptio est in fure, cum is impensas, quas in collectionem huiusmodi fructuum fecit, domino donasse videatur. l. 27. S. 25. ff. ad Leg. Aquil. Garfias de Expens. cap. 1. n. 13. Wurmser. libr. 2. tit. 1. controv. Inst. n. n. 40. Nec non in Decimis, à quibus impensæ pro habendis iis non deducuntur. cap. Fossorali 21. X. de Decim. Garf. d. cap. n. 17. Strub. in Syntagm. jur. Civ. Exerc. 11. ib. 30. Petr. Rebusf. de Decim. quæst. 11. n. 3.

IMPENSAS RERUM, quas alii perpetuas vocant, Hahn. ad Wesenb. d. tit. de impens. in rem. ad f. et. n. 1. & quidem *Necessarias* tam bonæ, quam malæ fidei possessor in iudicio sive singulari l. 48. ff. l. 5. C. de Rei vind. l. 14. S. 1. ff. Commun. divid. sive universalis l. 38. ff. d. petit. hered. deducit, sed cum eo discrimine, ut possessori b. f. id omnimodo permiffum, sive res adhuc extet, sive non, m. f. vero non aliter, quam si res extet, d. l. 38. ff. d. petit. hered. cum enim regula æquitatis in l. 14. ff. d. condict. indeb. ob quam etiam m. f. possessori eas deducere licet eo casu, quo res non amplius extat, in quam factæ sunt, cesset, merito & dispositio juris cessare debet. l. 13. ff. d. adopt. Sed si præter malam fidem possessori delictum imputari queat, impensæ etiam necessariæ, re quamvis extante, ipsi denegantur, quod de fure diserte cautum est in l. 1. C. d. infant. expos. Veriles vero impensas m. f. possessor in iudicio universalis, si res exinde non sit melior facta, non deducit, sed saltem tollit, si vero melior res facta sit, deducere poterit l. 38. in fin. ff. d. hered. petit. In


judicio autem singulari, siue res sit melior facta, siue non, nunquam deducit *l. 5. C. d. Rei vindic. §. 30. Inst. d. rer. divis.* ex æquitatis tamen regula tollit, si salva re id fieri queat. *d. l. 5. C. 51. 37. ff. d. rei vindic. b. f. vero possessor in iudicio universalis, siue res melior facta sit, siue non, impensas utiles deducit, d. l. 38. in fin. ff. d. hered. petit. in iudicio autem singulari saltem, si res sit melior facta, illas etiam deducit, arg. l. 14. C. d. condic. indeb.* nisi dominus adeo pauper sit, ut eam sine rei ipsius alienatione, redimere nequeat, quo casu saltem sine detrimento rei tollit. *l. 38. ff. de de Rei vindic.* Sed si res melior facta non sit, cessat deductio, si vero poterit, auferet, sin minus, relinquet. *d. l. 38. d. R. V.* Tandem Impensas voluptuarias b. f. possessor in iudicio universalis deducere potest. *l. 39. §. 1. ff. d. petit. hered.* non vero in iudicio singulari, nisi pro utilibus habeantur, *d. l. 38. ff. d. R. V.* alias saltem, sed non malitiose, tollit *d. l. 39. §. 1. ff. d. petit. hered. l. 38. vers. constituimus ff. d. R. V. m. f.* autem possessor neq; in iudicio universalis, neq; particulari eas deducit, sed tantum, si sine detrimento ipsius rei fieri possit, tollit, *arg. l. 5. C. d. R. V. l. 39. ff. d. pet. hered.* quæ de re latius videantur. *Franzk. Exerc. 4. quest. 6. Ungepauer. Ex. 6. quest. 1. & seqq. Umm. Disp. ad Proc. 22. tb. 2. & seqq. Gars. d. Expens. cap. 2. & mult. seqq.* Cæterum dantur quidam sumtus, qui ad omnes Impensas siue litis, siue fructuum, siue rerum referri possunt, quales sunt Itinerum. Sed de his cum Clarissimus ac Prænobilis Candidatus, Dn. CHRISTOPHORUS Gröning/ in Disputatione sua Inaugurali, quam pro Licentia, summos in utroque iure honores & privilegia consequendi, non minus operosè quam doctè conscripsit, plenius agat, plura dicere ac adjicere opus haud doco.


Na-

Natus verò is est Wismariæ Anno reparatæ salutis  
MDCLXVI. die XX. Junii, Patre-Viro Ampl. ac Spe-  
ctatiff. DN. JOACHIMO Gröning/ Cive ac Merca-  
tore ibidem quondam primario, Matre omnibus virtu-  
bus sui sexus decoratissima ANNA MARGARETHA  
Schliemans. Ab his parentibus à primis statim incuna-  
bulis in omni pietate educatus, primùm quidem Scho-  
læ publicæ informationi commendatus est. Attamen  
deinde Dn. Parens. paterna pietate ductus, ad promo-  
venda tantò facilius ejus studia, privatæ curæ ac infor-  
mationi cum aliorum, tum in primis Dn. ANTONII  
HARDUICI, jam Eccles. Altenbruch. Past. meritissimi,  
eum concredidit, cumque opera & indefesso ejusdem  
studio Principiis Philosophiæ tam Theoreticæ quam  
Practicæ satis imbutus videretur, ad altiora vero ad-  
spiraret, jussu Dn. Parentis ad Lipsiensem Academi-  
am, tanquam ad mercaturam omnium optimarum  
artium, A. MDCLXXXV. se contulit, ibidemque ulterius  
Philosophiæ operam navans, ad jus Naturæ exco-  
lendum, ductu Viri Admodum Reverendi ac Excellen-  
tiff. Dn. VALENTINI ALBERTI, D. & Prof. ibidem  
famigeratiff. animum applicuit. His vero fundamen-  
tis probè jactis, anno sequenti, ad ipsum Jurispruden-  
tiæ studium accessit, ac Institutiones Juris explican-  
tem primùm audivit Virum Nobiliff. & Consult. Dn.  
JOH. CHRISTIAN. Roswizen/U. J. D. & Practicum  
insignem. Deinde privatæ fidei ac informationi Viri  
Nobiliff. Consultiff. ac Excellentiff. Dn. NICOLAI  
GOTHOFREDI ITTIGII, J. C. & Antecessoris  
celeberr. Amici ac Fautoris æstimatiff. commenda-  
tus, ejus ductu ac auspiciis, Struvii Jurisprudent.  
Roman. German. Lauterbahii Compend. Juris, nec  
non Dn. Strykii Examen. Juris Feud. audiendo, ac in  
exa-


examinibus repetendo, non sine fructu absolvit. Cumque ibidem per triennium fermè substitisset, sub finem Anni M DCLXXXVII. ad hanc nostram ad Varnum Academiam pervenit, ac hospitio meo exceptus, non tantum mea, sed etiam Excellentiss. Dnn. Collegarum opera, in omni juris parte, & dum in praxin quoque ea, quæ didicerat, deducere sollicitus fuit, amplissimos fecit progressus. Attamen, sesqui anno elapso à Dn. Parente revocatus, in Patria sua, interveniente etiam morte Parentis, per aliquod temporis spacium subsistere coactus fuit. Sed deinde Academiae nostræ limites ad tempus relictos repetiit, studiaque sua tandem, ad optatam hanc metam perduxit, ut antequam ad peregrinationes, quas jam meditatur, se accingeret, Examini rigoroso Amplissimæ Facultatis Juridicæ sese sistere haud veritus sit: in quo cum adeo eruditum se præstitisset, ut conspirantibus omnium suffragiis, dignus haberetur, cui summi in utroque Jure Honores & Privilegia concederentur, ad habendam Disputationem Inauguralem admissus est. Cui habendæ cum dies Jan. Deo dante, dictus sit,  
**Ego MAGNIF. DN. RECTOREM,**  
utriusque Reipubl. Nobiliss. ac Ampliss. SENATUM, omnesque omnium Ordinum Cives ac Literatos, Literarumq; Fautores, ut sua præsentia Actum hunc Inauguralem condecorare velint, observanter ac studiosè invito.

PP. Sub Sigillo Decanat. die 25 Jan. An. MDCXCI.









Natus verò is est Wismariae Anno reparatae  
MDCLXVI, die XX. Junii, Patre-Viro Ampl. a  
Statiff. DN. JOACHIMØ Gröning/ Cive ac M  
tore ibidem quondam primario, Matre omnibus  
bus sui sexus decoratissima ANNA MARGARE  
Schliemans. Ab his parentibus à primis statim in  
bulis in omni pietate educatus, primùm quidem  
lae publicæ informationi commendatus est. Att  
deinde Dn. Parens, paterna pietate ductus, ad pr  
venda tantò facilius ejus studia, privatæ curæ ac  
mationi cum aliorum, tum in primis Dn. AN  
HARDUICI, jam Eccles. Altenbruch Past. meriti  
eum concedidit, cumque opera & indefesso eju  
studio Principiis Philosophiæ tam Theoreticæ  
Practicæ satis imbutus videretur, ad altiora ve  
spiraret, jussu Dn. Parentis ad Lipsiensem Aca  
am, tanquam ad mercaturam omnium optim  
artium, A. MDCLXXXV. se contulit, ibidemque  
us Philosophiæ operam navans, ad jus Naturæ  
lendum, ductu Viri Admodum Reverendi ac Exc  
tiff. Dn. VALENTINI ALBERTI, D. & Prof. u  
famigeratiff. animum applicuit. His vero fund  
tis probè jactis, anno sequenti, ad ipsum Jurispr  
tiæ studium accessit, ac Institutiones Juris ex  
tem primùm audivit Virum Nobiliff. & Consu  
JOH. CHRISTIAN. Roswitzen/U. J.D. & Prac  
insignem. Deinde privatæ fidei ac informationi  
Nobiliff. Consultiff. ac Excellentiff. Dn. NIC  
GOTHOFREDI ITTIGII, J.Cti & Antec  
celeberr. Amici ac Fautoris æstimatiff. comm  
tus, ejus ductu ac auspiciis, Struvii Jurispr  
Roman-German. Lauterbahii Compend. Jur  
non Dn. Strykii Examen. Juris Feud. audiendo

